

Ad 2<sup>m</sup> decretum D<sup>ni</sup> idem D<sup>ni</sup> d. Arch.  
granaten. sibi placere, dum in hoc Ep<sup>is</sup> in  
medio tractentur materis reformationis.

data, et decreta fuisset

Decretum 2<sup>m</sup> publicatum in eadem 2<sup>a</sup> sessione

Eadem Sacrosancta Tridentina Synodus in Spiritu sancto legi,  
time congregata presidentibus in ea ipsa sedis Ap<sup>ce</sup> Legatis Statuit  
et decernit proximam futuram Sessionem habendam et celebranda  
esse feria quinta post sacratissimum festum Ascensionis Domini  
que erit dies XIII mensis May

(10)

fides pu<sup>ca</sup> seu saluus conductus datus  
Inprivata quadam congregatione. 4. martij  
1562.

Sacrosancta Oecumenica, et generalis Tridentina Synodus in Spiritu  
sancto legitime congregata, presidentibus in ea eisdem Apostolica sedis  
Legatis, uniuersis fidem facit, quod omnibus, et singulis sacerdotibus, Electorib.  
Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus Milii,  
taribus, Popularibus et alijs quibuscunq. uiris, cuiuscunq. status et con,  
ditionis, aut qualitatis exultant Germanica Prouincia, et Nationis, Cui  
tatibus, et alijs locis eiusdem, et omnibus alijs Ecclesiast. et secularibus pra,  
sertim Augustanae confessionis personis, qui, aut que una cum ipsis ad  
Eoe generale Concilium Tridentinum uenient, aut mittentur, se profecturi

sunt, aut hucusq. uenerunt quocumq. nomine censentur, aut ualeant nunc,  
pari, tenore presentium publicam fidem, et plenissimam uerissimamq. se-  
curitatem (quam saluum conductum appellat) libere ad hanc Cuius,  
tem Tridentinam ueniendi, ibidemq. manendi, standi, morandi propo-  
nendi, loquendi una cum ipsa Synodo, de quibuscumq. negotijs tractandi,  
examinandi, discutiendi, et omnia quaecumq. ipsis libuerit, ac articulos  
quoslibet tam scripto, quam uerbo libere offerendi, propalandi, eosq. scrip-  
turis sacris, et beatorum Patrum uerbis, sententijs, et rationibus, de-  
clarandi, astruendi, et persuadendi, et si opus fuerit etiam ad obiecta  
Concilij generalis respondendi, et cum ijs qui a Concilio delecti fuerint  
disputandi, aut charitatis absq. omni impedimento conferendi, oppro-  
brijs, conuictijs, ac contumelijs penitus semotis, et signanter quod causa  
controversia, secundum sacram scripturam, et Apostolorum traditiones,  
probata Concilia, et Catholica Ecclesia consensus, et sanctorum Patrum  
auctoritates in predicto Concilio Tridentino tractentur, illo etiam ad-  
dito, ut religionis pretextu, aut delectorum circa eam commissorum, aut  
committerentur minime puniantur, impertitur, ac omnino concedit, sic  
etiam ut propter illorum presentiam neq. in itinere, aut quocumq. loco,  
cundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa Cuius Tridentina a Di-  
uinis officijs quouis modo cessetur, et ut si peractis, uel non peractis  
quandocumq. ipsis libuerit, aut maiorum suorum mandatis, et  
assensu ad propria reuerti optabunt, aut aliquis eorum optabit, mox  
absq. ulla remittentia, et occasione aut mora, saluis rebus eorum, et  
suis pariter honore, et personis uice uersa possint iuxta beneplacitum

libere

libere, et secure redire, de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum, ut tunc opportune eorum securitati absq. dolo, et fraude provideatur. Vult etiam sancta Synodus in hac publica fide, saluoq. conductu, omnes quas, cumq. clausulas includi, et contineri, ac pro inclusis haberi, quae pro plena efficaci, et sufficienti securitate in eundo, stando, ac redeundo necessaria et opportune fuerint. Illud etiam ad maiorem securitatem, et pacis, et conciliationis bonum exprimens, quod si quisquam aut illorum aliqui sine itinere Tridentum veniendo, sine ibidem morando aut redeundo aliquid enorme (quod absit) egerint, aut commiserint, quo posset huius fidei publica et asservationis beneficium, eis concessum annullari, aut cassari vult et concedit, ut in huius facinore deprehensi ab ipsis dumtaxat, et non ab alijs condigna animadversione cum emenda sufficienti per partem ipsius Synodi merito approbanda, et laudanda mox puniantur, illorum asservationis forma conditionibus et modis omnino manentibus illibatis. Pari formiter etiam vult ut si quisq. vel aliquis ex ipsa Synodo sine itinere, aut manendo, aut redeundo, aliquid enorme (quod absit) egerint, aut commiserint quo posset huius fidei publica et asservationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli in huius facinore deprehensi ab ipsa Synodo dumtaxat, et non ab alijs condigna animadversione, et emenda sufficienti per partem Dominorum, Germanorum Augustanae confessionis tunc huius presentium merito laudanda, et approbanda mox puniantur presenti asservationis forma, conditionibus et modis omnino manentibus illibatis. Vult praeterea ipsa Synodus quod liceat ipsis Ambasciatoribus omnibus et singulis toties, quo,

triesumq. opus fuerit seu necessarium ad auram capiendam ex vrb. de Cuius-  
tate Tridentina, et reuerti ad eandem, necnon Nuntium, vel nuncios  
suos ad quaecunq. loca pro suis necessarijs negotijs ordinandis, libere  
mittere seu destinare, ac ipsos missos seu destinatos, seu missum, et  
destinatum suscipere toties quoties eis uidebitur expedire, ita quod aliqui  
uel aliquis per deputandos Concilij socientur, qui eorum securitati  
prouideant uel provideat. Qui quidem saluus conductus, et securitates  
stare, ac durare debeant, et a tempore, et per tempus, quo in ipsius  
Synodi, et suorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, et usq.  
ad Tridentum perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidem, et rur-  
sum post sufficientem audientiam habitam spatio uiginti dierum praemisso,  
cum ipsi petierint, aut Concilium habita huiusmodi audientia ipsis recessu  
indixerit a Tridento usq. in quem quisq. elegerit sibi locum tutum Deo  
fauente restituet, dolo et fraude prorsus exclusis. Quae quidem omnia  
pro uniuersis et singulis Christi fidelibus, pro omnibus principibus tam  
Ecclesiasticis, quam saecularibus quibuscunq. atq. omnibus alijs Ecclesiasti-  
cis, et saecularibus personis cuiuscunq. status, et conditionis existant, aut  
quocunq. nomine censeantur, inuiolabiliter obseruanda esse promittit, et  
bona fide spondet. Insuper omni fraude et dolo exclusis uera et bona fide  
promittit ipsam Synodum nullam uel manifeste uel occulte occasionem  
quasituram aut aliqua auctoritate, potentia, iure uel statuto, privilegio  
legum uel canonum aut quorumcumq. Conciliorum, praesertim Constantien-  
et Senen. quacunq. forma uel ~~nomine~~ expressa in aliquod huius fidei  
publica et plenissima abscurationis, ac publica et libera audientia ipsius  
per

17  
per ipsam Synodum concessa praedicti quovis modo usuram, aut  
quemq; uti permissuram, quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quod  
si sancta Synodus, aut aliquis ex ea vel suis, cuiuscumq; conditio-  
nis uel Status, aut praeminentia existens praescripta assecurationis  
et salui conductus formam, et modum in quocumq; puncto, uel clausula  
violauerit (quod tamen auertere dignetur omnipotens) et sufficiens  
emenda non fuerit mox subsequuta, et ipsorum arbitrio merito appro-  
banda, et laudanda habeant ipsam Synodum, et habere poterunt in ei-  
dise in omnes penas quas iure diuino, et humano, aut consuetudini  
huiusmodi saluorum conductuum uiolatores incurrere possunt absq;  
omni excusatione, aut quavis in hac parte contradictione

Eadem sancta Synodus omnibus et singulis alijs, qui nobiscum in ijs  
qua sunt fidei, communionem non habent, ex quibuscumq; Regnis Natio-  
nibus, provincijs, Ciuitatibus, ac locis in quibus publice aut impune pra-  
dicatur, uel docetur, siue creditur contrarium eius quod sancta Romana  
sentit Ecclesia, dat fidem publicam, siue saluum conductum sub eadem  
forma, et eisdem uerbis quibus datur Germanis. Quamuis aut in hac  
extensione non uideantur omnes Nationes comprehendendi, quod certis  
respectibus factum est. Non propterea tamen existimandum est exclu-  
sos eos esse, qui ex quacumq; tandem natione resipiscere, et ad Ecclesie  
gremium, quod omnibus apertum esse cupit, redire uoluerint. Sed  
quoniam qua forma dandus sit illis saluus conductus, diligentioris  
ea res deliberationis indiget, uisum est id in aliud tempus reijcere  
quo res accuratius considerari possit. Nunc satis existimatu

est si qui publica quemadmodum in extensionis formam lectum est  
deservierint. Ecclesie doctrinam, illorum securitati ea forma quam  
legi audivistis, prospiceretur.

Sessio 3.

(11)

Decretum publicatum in Sessione tertia s. Conc.

Trident. sub Smo D. N. Pio PP. III. die XIII May 1562.

Sacrosancta Oecumenica et Generalis Tridentina Synodus in  
Spiritu sancto legitime congregata presidentibus in ea eius-  
dem Apostolicae sedis Legatis Decreta ea, quae hodie in praesenti  
Sessione statuenda, ac sancienda erant, iustis nonnullis, ac honestis  
causis in feriam quintam post proxima solemnitatem Corporis Christi,  
quae erit praedie Nonas Junij, proroganda esse censuit, ac prorogat:  
dictaque die Sessionem habendam esse, ac celebrandam omnibus indicit.  
Inter ea, rogandus est Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, autor  
pacis, ut sanctificet corda omnium, quo adjuvante sancta Synodus,  
et nunc, et semper meditari atque peragere valeat, quae ad eius  
laudem, et gloriam pertinent.

Romus d. M. C. L. X. grammata, 24. v. ad hoc decretum, quae sequuntur.  
Hic in generali congregatione dicitur decretum placere subactis  
coactis, quae in mea voce adhiberi, suo et videri eas nec dicitur  
ad hunc, ideo nunc applicat.

Sessio 7.

(12)

Decretum publicatum in Sessione III. s. Conc. Trident.

sub Smo D. N. Pio PP. III. die III. Junij 1562.

Sacrosancta Oecumenica et Generalis Tridentina Synodus  
in Spiritu sancto legitime congregata presidentibus in  
ea eisdem Ap. cae sedis Legatis, propter varias difficultates

ex